

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Kurtze, doch unpartheyisch und Gewissenhaffte  
Betrachtvng Deß In dem Natur- und Göttlichen Recht  
gegründeten Heiligen Ehstandes, In welcher Die seither  
strittigen Fragen Vom Ehbruch, Der Ehscheidung, ...**

**Beger, Lorenz**

**[S.l.], 1679**

VI

[urn:nbn:de:bsz:31-281615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-281615)

241  
ren meines Gnädigsten Herrn und Land-  
graven zu Hessen/ selbstn abgeschrieben/ und auf  
fünff Blätter/ die Überschrift außgenommen/ gebracht/  
alles eigentlich und fleißig in acht genommen und col-  
lationirt habe/ das es in allem mit dem Original und  
Unterschrift der Rahmen überein kompt. Welches  
ich nochmahlen mit eigener Hand bezeuge.

Georgius Ruspicker/ Notarius.

VI.

Instrumentum Copulationis  
**PHILIPPI LANDGRAVII**  
*ET*  
**MARGARETHÆ de SAHL.**

**I**N Nomine Domini, Amen. Notum sit  
omnibus & singulis, qui hoc publicum In-  
strumentum vident, audiunt, legunt, quod anno  
post Christum Natum 1540. die Mercurii, quartâ  
die mensis Martii, post meridiem, circa secun-  
dam circiter, indiëtionis anno 13., *Potentissi-  
mi & Invictissimi Romanorum Imperatoris Caroli  
Quinti, Clementissimi nostri Domini* anno regi-  
minis



minis vigesimo primo, coram me infra scripto Notario & teste, Rotenburgi in arce comparuerint *Sereniss. Princeps & Dominus Philippus Landgravius Hassia, Comes in Catzenelbogen &c. &c.* cum aliquibus suæ Cell. Consiliariis ex una parte; & honesta ac Virtuosa Virgo, *Margaretha de Sahl*, cum aliquis ex sua consanguinitate, ex altera parte, illâ intentione & voluntate coram me Publico Notario ac Teste publicè confessi sunt, ut matrimonio copulentur. Et postea ante memoratus meus *Clementissimus Dominus & Princeps Landgravius Philippus* per reverendum Dominum, *Dionysium Melandrum*, suæ Celsitudinis Concionatorem curavit proponi fermè hunc sensum.

Cùm omnia aperta sint oculis Dei & homines pauca lateant, & Sua Celsitudo velit cum nominata Virgine *Margaretha* matrimonio copulari, etsi prior suæ Celsitudinis Coniux adhuc sit in vivis, ut hoc non tribuatur levitati & curiositati, ut evitetur scandalum, & nominatæ Virginis, & illius honestæ Consanguinitatis honor & fama non patiatur; edicit Sua Celsitudo hîc coram Deo & in suam Conscientiam & animam, hoc non fieri ex levitate aut Curiositate, nec ex aliqua vili  
pensione



pensione Juris & Superiorum , sed urgeri aliqui-  
 bus gravibus & inevitabilibus necessitatibus  
 Conscientiæ & Corporis , aded ut impossibile  
 sit , sine aliquâ superinductâ legitimâ Conjuge,  
 corpus suum & animam salvare , quam multi-  
 plicem causam etiam Sua Celsitudo multis præ-  
 doctis, piis, prudentibus & Christianis Prædican-  
 tibus antehac indicavit , qui etiam consideratis  
 inevitabilibus causis id ipsum suaserunt, ad suæ  
 Celsitudinis animæ & conscientiæ | consulen-  
 dum; quæ causa, & necessitatis etiam *Serenis. Prin-*  
*cipem Christianam , Ducissam Saxonie , Suæ Cel-*  
*situdinis primam legitimam Conjugem , utpote*  
 altâ principali prudentiâ & piâ mente præditam  
 movit , ut Suæ Celsitudinis tanquam delectissimi  
 Mariti animæ & corpori serviret , & honor Dei  
 promoveretur , ad gratiosè consentiendum ,  
 quemadmodum Suæ Celsitudinis hâc super data  
 Syngrapha testatur, & ne cui scandalum detur,  
 eò , quod duas Conjuges habere moderno tem-  
 pore, sit insolidum, etsi in hoc casu Christia-  
 num & licitum sit , non vult sua Celsitudo pu-  
 blicè coràm pluribus consuetas ceremonias u-  
 surpare , & palàm nuptias celebrare cum memo-  
 rata *Margaretha de Sabl*, sed hîc in privato & si-

Kk

lento



lento, in præsentia subscriptorum testium volunt invicem jungi matrimonio.

Finito hoc sermone, nominati *Philippus* & *Margaretha* sunt Matrimonio juncti, & unaquæque persona alterum sibi desponsum agnovit & acceptavit, adjunctâ mutæ fidelitatis promissione in nomine Domini. Et ante memoratus Princeps ac Dominus ante hunc actum me infra scriptum Notarium requisivit, ut de super unum aut plura publica Instrumenta conficerem, & mihi etiam, tanquam personæ publicæ, verbo ac fide Principis addixit ac promisit, se omnia hæc inviolabiliter semper ac firmiter servaturum, in præsentia Reverendorum, prædoctorum Dominorum, Magistri *Philippi Melanctonis*, *M. Martini Bucerii*, *Dionysii Melandri*, etiam in præsentia strenuorum ac præstantiam *Everhardi de Thun* Electoralis Consilarii, *Hermani de Mahlsberg*, *Hermani de Hundelshausen*, Domini *Johannis Feyg* Cancellarii, *Rudolphi Shenck*, ac honestæ ac virtuosæ Domine *Anne*, nata de *Miltitz* viduæ defuncti *Johannis de Sahl*, memoratæ Sponsæ matris, tanquam ad hunc actum requisitorum testium. Et ego *Balthasar Reid de Fulda*, potestate Cæsaris Nota-



